



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Io. Episcopo Mothoniensi, ejusque successoribus canonicè substituendis in  
perpetuum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

fratribus nostris Thebano Archiepiscopo & Zaratonienſi & Cardiceniſi Episcopis in mandatis dediſſe ut vos ad id monitione præmiſſa per cenſuram eccleſiaſticam appellatione remota compellant. Datum Laterani xii. Kal. Iunij, pontificatus noſtri anno decimoquinto.

*Super hoc ſcriptum eſt in eundem ferè modum Sidoniſi Episcopo uſque duximus committendum, fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta mandantes quatinus ea quæ ſpectant ad curam officij paſtoralis gregi tibi commiſſo vigilanter ſic ſtudeas exhibere ut magis comproberis prodeſſe in omnibus quàm præſſe.*

*Super hoc ſcriptum eſt in eundem ferè modum Thebano Archiepiscopo & Zaratonienſi & Cardiceniſi Episcopis uſque intendant humiliter & devotè. Quocirca fraternitati veſtræ per apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus quatinus ſi dicti clerus & populus quod mandavimus neglexerint adimplere, exhibere ipſi Episcopo reverentiam & obedientiam contemnentem, vos eos ad id monere diligentius & inducere procuratis, & ſi opus fuerit, per cenſuram eccleſiaſticam appellatione remota cogatis. Quod ſi non omnes &c. duo veſtrum &c.*

*Scriptum eſt in eundem ferè modum Lariſſenſi Archiepiscopo. Cùm episcopatus Nazaroceniſis ſit paſtorali &c. uſque ſtudeat exhibere. Quocirca fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus quatinus ipſi Episcopo fraterna caritate aſſiſtens, non permittas eundem ſuper dicto episcopatu ab aliquo moleſtari.*

**IO. EPISCOPO MOTHONIENſI,**  
*ejuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.*

*Epist. 55.  
Recipitur ſub  
protectione ſedis  
apoſtolice.*

**C**VM à nobis petitur &c. uſque perducatur effectum. Eapropter, venerabilis in Chriſto frater Episcope, tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Mothonienſem Eccleſiam, cui Deo auctore præſſe diſoceris, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus & præſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes ut quaſcunque poſſeſſiones, quaſcunque bona eadem Eccleſia &c. uſque illibata permaneant. in quibus hæc &c. uſque vocabulis. Locum ipſum in quo præſata Eccleſia ſita eſt cum omnibus pertinentiis ſuis, Eccleſiam ſanctæ Georgij cum pertinentiis ſuis, Eccleſiam ſanctæ Annæ cum omnibus pertinentiis ſuis, poſſeſſiones vallis Mothonienſis & de Valetoque, poſſeſſiones de Corſeval cum pertinentiis ſuis, caſale

quod vacatur Miquelis, caſale quod vocatur Murmura cum omnibus pertinentiis ſuis, poſſeſſiones de Aſagora, de Aldefe, qui, de Nichines, de Levoudiſt, de Eſcaminges, de Boucham, & de Leſtarona, cum omnibus pertinentiis earundem. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum ſas ſit præſatam Eccleſiam &c. uſque uſibus omnimodis profutura. ſalva ſedis apoſtolice auctoritate & Patraceniſi Archiepiscopi canonica juſtitia. Si qua igitur in futurum &c. uſque diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco &c. uſque præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Datum Laterani per manum Iohannis ſanctæ Mariæ in Coſmidin Diaconi Cardinalis S. R. E. Cancellarij xiiii. Kalend. Maij, Indictione xv. incarnationis dominicæ anno M C C X I I. pontificatus verò Domini Innocentij Papæ III. anno decimoquinto.

**WILLELMO PHILIPPENſI**  
*Archiepiscopo, ejuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.*

**S**I humilitatis exemplum ſtudueris imitari, ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ matri tuæ reverentiam & obedientiam impendendo, ſicut Philippenſes Apoſtolus exhortatur, *Hoc, inquit, in vobis ſentire quod & in Chriſto Ieſu, qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſſe ſe æqualem Deo, exinanivit ſe, formam ſervi accipiens, factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis, abſque dubio exaltaberis apud eum qui ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam; propter quod exaltavit illum Deus, & donavit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Ieſu omne genu ſelectur celeſtium, terreſtrium & infernorum, quia Dominus Ieſus eſt in gloria Dei patris. Hanc igitur formam doctrinæ quam Apoſtolus tradidit Philippenſibus tu eorum factus antiſtes diligenter obſerva; ne ab obedientiæ bono, ad quod nuper Philippenſis Eccleſia eſt reverſa, de cetero avertatur; memor ſemper illius gratiæ ſpecialis quam tibi dignanter impendimus, cùm à Nazaroceniſi Eccleſia te tranſtulimus ad metropolim Philippenſem, teque propriis manibus conſecravimus in Pontificem, & pallo inſignivimus, pontificalis videlicet officij plenitudine, ut nihil tibi ex aliqua parte deſit quod ad metropolitancam pertineat dignitatem. Quia verò, venerabilis frater in Chriſto, nos ſuppliciter exoraſti ut eandem Philippenſem Eccleſiam, cui Deo*

*Epist. 56.  
Recipitur ſub  
protectione  
ſedis apoſtolice.*